



4933 (1104)

# THESES THEOLOGICAE

QUAS EX AUCTORITATE

SUMME VENERABILIS THEOLOGORUM ORDINIS

IN

UNIVERSITATE LITTERARIA

FRIDERICA GUILIELMA BEROLINENSI

PRO GRADU

LICENTIATI IN SACROSANCTA THEOLOGIA

RITE OBTINENDO

DIE XVIII. M. AUGUSTI A. MDCCCLVI

HORA XII.

PUBLICE DEFENDET

LUDOVICUS THEODORUS SCHULZE

BEROLINENSIS.

---

ADVERSARIORUM PARTES TUEBUNTUR

HUGO LAEMMER, S. S. THEOL. LIC. PHIL. DR.

GUSTAVUS MELLIN, S. S. THEOL. LIC.

HENRICUS TOLLIN, SEM. THEOL. SOD.

---

BEROLINI

TYPIS GUSTAVI SCHADE.

I.

Errant, qui vaticiniorum Sacharjae alterius quam dicunt partis authenticam negant.

II.

Angelus foederis (מלאך הברית), quem temporibus Messianis adventurum esse Malachias propheta annuntiat, et Michael, qui vocatur archangelus, eadem est persona, et quidem angelus Jehovae (מלאך יהוה).

III.

In evangelio secundum Johannem apostolum neque ad Montanismum neque ad Valentini systema gnosticum respicitur.

IV.

Falluntur, qui in epistolis Pauli ad Romanos, Corinthios et Galatas datis praeexistentiam realem et deitatem Domini nostri Jesu Christi doceri negant.

V.

In Petri ap. epistola I cap. 3. v. 18 et 19 de descensu Christi ad inferos sermo est.

VI.

Sententiae in epistola utraque Petrina expositae nihil prorsus inter se differunt.

VII.

Apud patres ecclesiasticos ante Gregorii Magni aetatem ecclesiae Romanae de transubstantiatione doctrina distincte inveniri non potest.

VIII.

Jurejurando aliquid affirmare a doctrina Christiana alienum non est.

---